

IN NOMINE PATRIS, FILII ET,
Spiritus sancti, Amen.

THESES
De vera Ecclesia ante tem-
pora B. Lutheri, durante Papatu.

I.

Vivimus jam in anno seculari, ubi mul-
tissimè sermo est de Jubilæo Evangelico, in quo
populus Dei devotâ mente recordatur immensè
illius beneficij, quo Deus præpotentissimus ante
hos ipsos centum annos patriam nostram carissimam Germa-
niam, in primis, & consequenter multos alios populos Europæ
orbis oculis misericordiæ suæ respexit, dum per fidele ministe-
rium *Martini Lutheri* & *managis* tenebras Antichristiani regni
discussit, lucemque Evangelii claro jubare illucescere jussit.
Quod beneficium planè divinum ne ullo unquam tempore ob-
livione deleatur; sed gratâ semper mente recolatur, & ad setam,
si qua futura est, posteritatem propagetur, nostri est officii.

II.

Quàm tristis & plane turbulentus Ecclesiæ status superiori
seculo fuerit; quantis laboribus ac periculis constiterit, illud
Augiæ stabulum à fecibus & quisquiliis Antichristianis repur-
gare; quam felici cum successu id Beatus Pater Lutherus inter
tot ronchos crepitusque Sathanæ ac mundi præstiterit; quam sæ-
pè iterum post illa tempora divinum illud Reformationis opus
ruinam minitatum; quàm mirabiliter denique à Deo ad hæc

A 2

usque